

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Taciturnitas n
cum fonte primo

Pictagoras
discipulis aduenientibus
prius legitur tacendi pacienciam quam
loquendi monstrasse doctrinam, et sic
incipientes quousque inter disputantium
consectaneorum cathedras mutum
sustinuisse quinquennium ut eciam
celeriores quorumpiam ingenia non
liceret ante laudari quam deceret
agnosci

quia donec scienciam natura combiberit,
non maior est gloria dixisse quod noueris
quam siluisse quod nescias.

Sidonius libro VII. epistolarum.

Refert historia saecularis, dilectissimi,
quendam philosophorum
discipulis aduenientibus
prius tacendi pacienciam quam
loquendi monstrasse doctrinam et sic
incipientes quosque inter disputantium
consectaneorum cathedras mutum
sustinuisse quinquennium, ut etiam
celeriores quorumpiam ingenia non
liceret ante laudari quam deceret
agnosci.

Ita fiebat, ut eosdam post longam
taciturnitatem locutos quisque audire
coeperat, non taceret

quia, donec scienciam natura combiberit,
non maior est gloria dixisse quod noueris
quam siluisse quod nescias.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri*
novem, 7, 9, 5 (A. Loyen ed., pp.53-4).